

calore, et in fluvio Terone, et infra has fines qui circumdant res ejus, inde
incipiente ad ipsum instigare, et descendente ab ipso fluvio calore, et eodem
fluvio calore descendente usque in vradulatu, et ipsum Vualdum super
fluvium calore, et alias res tibi conjunctas superius vel inferius, omnia
vero in pred^{ca} Ecclesia S. Marię concepimus cum ipsa Ecclesia sub jurisdic-
tione Monasterij S. Vincentij Martyris subicimus perpetuis permanenda
temporibus atque ullius molestia, vel contradictione, et tibi iam d^o Anoni
Abbat venerabili atque successoribus vestris, ut securiter habere, et pos-
sidere valeatis in perpetuum.

Aliud quoque Preceptum accepit ab eodem Duce de Ecclesia S. r
Columbę iuxta civitatem Soranam, cujus est sequens.

IN nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi.
concepimus nos Anus vir gloriosus Gisulfus summus
Dux Longobardorum in Monasterio S. Vincentij quod situm
est in territorio Beneventano super fontem Vulturini flu-
minis, ubi vir venerabilis Aro regimen tenere videtur, Ecclesiam S. Columbę
iuxta civitatem Soranam, cum omnibus que ei iure habendi concepimus,
terris videlicet, et ancillis, terris fertilibus, vel sterilibus, prope, vel longe in-
ditis hereditatibus, in vallibus vel montibus sicut decernimus ab ipsa Ec-
clesia per ipsum fessatum unde descendit rivus qui dicitur Arcumy, quali-
ter constat usque ubi oritur in montem qui dicitur urany et inde reflectitur
per fissam ejusdem montis, et sic descendit ab eodem monte usque in fluvium
viride descendente iuxta eandem civitatem Soranam. Item ab alio latere
qualiter dividitur per collem S. Pancratij cellam ejusdem Monasterij S. Vincen-
tij, et inde vadit in collem S. Marciani ab ipsa Ecclesia S. iusta, et per aliam
Ecclesiam S. iustę, et pred^{ca} Ecclesiam S. Marciani, et inde in aquario et terra
quam subicimus eidem Ecclesię S. Columbę, et per ipsa arconę in viam an-
tiquam, indeque vadit in flumen viride, cum ipso acerne. Simulque Cellam
S. Juliani de vico albo per sibi pertinentes fines: ab una parte rivus qui per-
git per valem de castanieto, ab alia parte rivus qui dicitur de mala fide,
ab alio capite via publica que venit ad S^{ra} Mariam: et ab alio capite rivus
qui venit ad fontem viride. Curtem S. Casti, et S. Marię que sunt ad sanctum
Georgium sine fonte Caruli, et sine valle de vico quomodo in Casanisco va-
det, et sanctum Maurum de Anglone cum pertinentiis suis. Similiter Campum
qui dicitur Romani qui habet finis ab una parte terra, ab alia parte via.

Aliud Preceptum
cuius Gisulfus

de circiter

Arconę Ring

Viridis flu.

Mala fides flu.